



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 Vtrum secundum diuersum peccati processum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

quod est prohibi-  
tum diuersis præce-  
ptis, puta, iuris di-  
uini, naturalis, pos-  
sibili, principis, præ-  
lati &c. non acqui-  
rit aliam speciem:  
& simile est de pec-  
cato ex iure possi-  
tuo tantum multi-  
plicatis præceptis à  
subordinatis præ-  
latis. A signata nã-  
que ratio vniuersa-  
lis est, scilicet quod  
peccans respicit præ-  
ceptum ex parte auer-  
sionis. Propterea  
hic habes determi-  
natum in opposi-  
tum, quod in qua-  
estione 2. articulo  
6. rationale iudi-  
catum est, scilicet  
peccata, quia pro-  
hibita, distinguuntur  
secundum præcepta,  
semper enim pecca-  
tum ex parte con-  
uersionis distinguitur  
specie, vt dictum est.

In cor. art.

¶ Super Questionis  
septuagesimæ secun-  
da Articulum septi-  
mum.

IN articulo septi-  
mo eiusdem se-  
ptuagesimæ secun-  
dæ questionis nota,  
quod diuisio pecca-  
ti in peccatum cordis,  
oris, & operis  
potest. Primo per  
modum diuisionis  
totius vniuersalis in  
partes subiectiuas  
generis, scilicet in  
species. Secundo  
per modum quasi  
totius integralis in  
suas partes conse-  
quenter se habentes:  
& hoc modo  
tractatur in præter-  
iti litera.

D. 671.  
1060.

Infr. q. 100.  
artic. 5. & 6.  
cor. Et 2. 2.  
prol. Et 2.  
dist. 42. q. 2.  
art. 2. q. 1.  
lib. 12. de  
Tri. cap. 12.  
circa med.  
tom. 3.

¶ Ad cuius euiden-  
tiam scito, quod pec-  
cata sunt in duplici  
differentia. nam qua-  
dam sunt quæ per-  
fectionem non ha-  
bent nisi in opere,  
vt furtum, homici-  
dium, & adulter-  
ium: & huiusmodi  
peccata se habent  
ad peccata cordis,  
oris, & operis, quasi  
vt totum integrale  
ad suas partes, sicut  
domus ad funda-  
mentum, parietes  
ad tectum. Et sic  
tractatur in litera  
prima distinctio, &  
dicitur quod distin-

Li. 4. Mora.  
c. 27. a med.

causacijs: unde etiam in rebus  
naturalibus eiusdem rationis est,  
quod ignis calefaciat, & quod non  
infrigidet.

AD PRIMVM ergo dicendum,  
quod illa diuisio quæ est per com-  
missionem & omissionem, non  
est secundum diuersas species  
formales, sed materiales tantum,  
vt dictum est.

AD SECUNDVM dicendum,  
quod necesse fuit in lege Dei propo-  
ni diuersa præcepta affirmatiua,  
& negatiua, ut gradatim hoies  
introducercntur ad uirtutem  
prius quidem abstinendo à ma-  
lo, ad quod inducimur per præ-  
cepta negatiua, & postmodum  
faciendo bonum, ad quod indu-  
cimur per præcepta affirmatiua.  
Et sic præcepta affirmatiua & ne-  
gatiua non pertinent ad diuer-  
sas uirtutes, sed ad diuersos gra-  
dus uirtutis, & per consequens  
non oportet quod contrarietur di-  
uersis peccatis secundum speciem.  
Peccatum etiam non habet speci-  
ciem ex parte auersionis, quia se-  
cundum hoc est negatio, vel pri-  
uatio: sed ex parte conuersionis,  
secundum quod est actus quidam.  
Vnde secundum diuersa præ-  
cepta legis non diuersificantur pec-  
cata secundum speciem.

AD TERTIVM dicendum, quod  
obicctio illa procedit de mate-  
riali diuersitate speciei. Sciendum  
est tamẽ, quod negatio etiam pro-  
prie non fit in specie, constitui-  
tuitur tamen in specie per redu-  
ctionem ad aliquam affirmatio-  
nem quam sequitur.

ARTICVLVS VII.

Vtrum conuenienter diuidatur peccatum  
in peccatum cordis, oris, & operis.

AD SEPTIMVM sic procedit.  
Vt quod inconuenienter diui-  
datur peccatum in peccatum cor-  
dis, oris, & operis. August. enim  
12. \* de Trin. ponit tres gra-  
dus peccati, quorum primus est,  
cum carnalis sensus illecebram  
quandam ingerit, quod est pec-  
catum cogitationis. Secundus  
gradus est, quoniam sola cogitationis  
delectatione aliquis contentus  
est. Tertius gradus est, quoniam facien-  
dum discernitur per consensum:  
sed tria hæc pertinent ad pec-  
catum cordis. ergo inconuenien-  
ter peccatum cordis ponitur  
quasi vnum genus peccati.

¶ 2 Præter Greg. in 4. Moral. po-  
nit quatuor gradus peccati, quo-  
rum primus est culpa latens in  
corde: secundus, cum exterius  
publicatur: tertius est, cum con-  
suetudine roboratur: quartus  
est, cum vsque ad præsumptio-

ne diuinæ misericordiæ, vel ad  
desperationem homo procedit:  
vbi non distinguitur peccatum  
operis à peccato oris, & addunt  
duo alii peccatorum gradus. ergo  
inconueniens fuit prima diuisio.  
¶ 3 Præter. Non potest esse peccatum  
in ore, vel in opere, nisi fiat prius  
in corde. ergo ista peccata specie  
non differunt. non ergo debent  
contra se inuicem diuidi.

SED CONTRA est, quod Hiero. di-  
cit super Ezech. Tria sunt genera-  
lia delicta, quibus humanum tubia  
cor genus: aut. n. cogitatione, aut  
sermone, aut opere peccamus.

RESPOND. Dicendum, quod aliqua  
inueniuntur differre specie du-  
plex. Vno modo ex eo quod  
vtrumque habet speciem com-  
pletam, sicut equus, & bos differ-  
runt specie. Alio modo, secun-  
dum diuersos gradus in aliqua  
generatione, uel motu accipiuntur  
diuersæ species, sicut ædifica-  
tio est completa generatio do-  
mus, collocatio autem fundamen-  
ti, & erectio parietis sunt species  
incompletæ, ut patet per Phi-  
losophum in 10. Eth. & idem est  
potest dici in generationibus ani-  
malium. Sic igitur peccatum di-  
uiditur per hæc tria, scilicet peccatum  
oris, cordis, & operis, non sicut  
per diuersas species completas:  
nam consummatio peccati est in  
opere, vnde peccatum operis ha-  
beret speciem completam, sed pri-  
ma inchoatio eius est quasi fun-  
datio in corde. Secundum autem gra-  
dus eius est in ore, secundum quod ho-  
mo prorumpit facile ad manife-  
standum: cõceptum cordis. Ter-  
tius autem gradus iam est in con-  
summatione operis. Et sic hæc tria  
differunt secundum diuersos gra-  
dus peccati: patet tamen quod hæc  
tria pertinent ad vnam perfec-  
tam peccati speciem, cum ab  
eodem motiuo procedant. Irra-  
cundus. n. ex hoc quod appetit vindic-  
tam, primo quidem pertur-  
batur in corde, secundo in ver-  
ba contumeliosa prorumpit, ter-  
tio uero procedit vsque ad facta  
iniuriosa: & idem patet in luxu-  
ria, & in quolibet alio peccato:

AD PRIMVM ergo dicendum,  
quod omne peccatum cordis con-  
uenit in ratione occultis, & secun-  
dum hoc ponitur vnus gradus,  
qui tamen per tres gradus distin-  
guitur, scilicet cogitationis, dele-  
ctationis, & consensus.

AD SECUNDVM dicendum, quod pec-  
catum oris, & operis conueniunt  
in manifestatione, & per hoc ea  
Gregorius sub uno computat: Hiero.  
autem distinguit ea, quia

guntur secundum  
gradus eiusdem spe-  
ciei. Quædam au-  
tem sunt, quæ pec-  
ficiuntur solo co-  
de, vt heresis, &  
periclitantur in ore,  
ut detractio. Et hæc  
peccatum diuisum  
in peccatum cordis  
oris, & operis, vt  
ueras & perfectas  
species peccati, vt  
in ultima quæstio-  
ne tertie partis, ar-  
ticulo penultimæ  
doct.

¶ Circa eundem ar-  
ticulum dubium est  
duplex. Primo,  
Si distinctio secun-  
dum gradus in pec-  
cato cordis, oris, &  
operis sit, sicut etiam  
etiam distinctio spe-  
cifica secundum gra-  
dus imperfectionis.  
ratio dubij est, quia  
litera hic proponit  
in communem: in au-  
plificatione autem  
ad præsentem ma-  
teriam non affirmat  
distinctionem secun-  
dum species imper-  
fectas, sed solum  
gat distinctionem  
secundum species  
perfectas, & in  
distinctionem secun-  
dum gradus, vt  
patet inueni. Non  
ita enim reter  
modo dicatur, vt  
species imperfec-  
tae sit, & dis-  
tincta secundum  
gradus imperfec-  
tionis erunt  
secundum speciem  
imperfectam, quoniam  
ordine ad aliquid  
superueniens secun-  
dum quod essentia  
dem specie. Secun-  
do dubitatur, quia  
litera diuenter  
tatur, & conueni-  
re peccatum  
quod habet par-  
tam speciem  
peccato oris, &  
importat gradus  
speciei. Nam per  
contumeliam  
progressu inchoat  
& constat quod  
tumentia est  
quod peccatum  
ore. vndique  
disticta videtur  
stima hæc.

¶ Ad hoc dicitur  
quod dupliciter  
tingit peccatum  
dis, & oris  
ri ad peccatum  
ris, vt imperfec-  
ad perfectum  
mo per modum  
plicis profectio-  
sicut qui vult  
cari, & inuicem  
cariam, de his  
quo

quod nulla est distinctio specifica in esse morali, sed solius vnius speciei progressus. Secundo per modum cuiusdam intermedij terminis, vt consensus in delectationem cogitatur adulterij, & verba pronocantia ad in illis apparet, quod sic aliqua specifica differentia secundum

in peccato oris est manifestatio taatum, & principaliter intentata; in peccato vero operis est principaliter expletio interioris conceptus cordis, sed manifestatio est ex consequenti: consuetudo vero & desperatio sunt gradus consequentes post speciem perfectam peccati, sicut adulescentia, & iuuentus post perfectam hominis generationem.

AD TERTIVM dicendum, qd peccatum cordis, & oris non distinguuntur a peccato operis, qm simul cum eo coniunguntur, sed prout quodlibet horum per se inuenitur: sicut etiam pars motus non distinguitur a toto motu, quando motus est continuus, sed solum quando motus sistit in medio.

ARTICVLVS VIII. Vtrum superabundantia, & defectus diuersificent species peccatorum.

AD OCTAVM sic proceditur. Videtur, quod superabundantia & defectus non diuersificent species peccatorum. Superabundantia enim & defectus differunt secundum magis & minus: sed magis & minus non diuersificant speciem, ergo superabundantia & defectus non diuersificant speciem peccatorum.

¶ 2 Præ. Sicut peccatum in agibilibus est ex hoc, quod receditur a rectitudine rationis, ita falsitas in speculatiuis est ex hoc, quod receditur a veritate rei: sed non diuersificatur species falsitatis ex hoc, quod aliquis dicit plus, vel minus esse, quam sit in re. ergo etiam non diuersificatur species peccati ex hoc, quod recedit a rectitudine rationis in plus, vel minus.

¶ 3 Præ. Ex duabus speciebus non constituitur una species, vt Porphyrius dicit: sed superabundantia & defectus ununtur in vno peccato. sunt enim simul quidam illiberales & prodigi, quorum duorum illiberalitas est peccatum secundum defectum: prodigalitas autem secundum superabundantiam. ergo superabundantia & defectus non diuersificant speciem peccatorum.

SED CONTRA. Contraria differunt secundum speciem. nam contrarietas est differentia

A successiui absque terminorum speciebus. & per hæc patet solutio primi dubij. Ad secundum autem dicitur, quod licet peccatum contumelie perficiatur in ore, vt communiter videtur in viis: si contumelie tamen nomine intelligatur de honorationis peccatum, certum est quod non consumatur in ore, quamuis multa in peccato oris est honoratio fit. Plus namque dehonora

secundum formam, vt dicitur in 10. \* Metaphys. sed vitia, quae differunt secundum superabundantiam & defectum, sunt contraria, sicut illiberalitas prodigalitati. ergo differunt secundum speciem.

RESPON. Dicendum, qd cum in peccato sint duo, scilicet ipse actus, & inordinatio eius prout receditur ab ordine rationis, & legis diuinæ, species peccati attenditur non ex parte inordinationis, quae est præter intentionem peccantis, vt supra dictum est: sed magis ex parte ipsius actus, secundum quod terminatur ad obiectum in quod fertur d' intentio peccantis. & ideo vbicunq; occurrit diuersum motuum inclinans intentionem ad peccandum, ibi est diuersa species peccati. Manifestum est autem qd non est idem motuum ad peccandum in peccatis, quae sunt secundum superabundantiam, & in peccatis quae sunt secundum defectum: quoniam sunt contraria motiua, sicut motuum in peccato intemperatiæ, est amor delectationum corporalium: motuum autem in peccato insensibilitatis est odium earum. vnde huiusmodi peccata non solum differunt specie, sed etiam sunt sibi inuicem contraria.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod magis & minus, etsi non sunt causa diuersitatis speciei, consequuntur tamen quandoq; species differentes prout proueniunt ex diuersis formis, sicut si dicat, quod ignis est leuior aere. vnde \* Philosophus dicit in 8. Ethico. quod qui poluerunt nõ esse diuersas species amicitiarum propter hoc, quod dicuntur secundum magis & minus, non sufficienti crediderunt signo: & hoc modo superexcedere rationem, vel deficere ab ea pertinet ad diuersa peccata secundum speciem, in quantum consequuntur diuersa motiua.

AD SECUNDVM dicendum, qd intentio peccantis non est vt recedat a rone, & id efficitur eiusdem rationis peccatum superabundantiae, & defectus propter recessum ab eadem rationis rectitudine: sed qm; ille qd dicit falsum, intendit veritatem occultare. vnde quantum ad hoc, non refert vtrum dicat vel plus, vel minus: si tamen recedere a veritate non

Prima Secundæ S. Tho.

Tex. 13. & 14. tom. 3.

h. huius quæst. D. 785.

Super Questionis septuagesima secundæ Articulum octauum.

D. 648.

27. r. in ff. tom. 5.

secundum... quod nulla est distinctio... in peccato oris... AD TERTIVM dicendum... ARTICVLVS VIII... AD OCTAVM sic proceditur... ¶ 2 Præ. Sicut peccatum... ¶ 3 Præ. Ex duabus speciebus... SED CONTRA. Contraria differunt...

